



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

An decretum hoc loquatur de non acceptatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quodque superest, mihi retinere. Ita Diana *part. 2. tr. 14. respl. 11.* At si fuit ex liberalitate, circa meam personam, quia sum illius amicus, vel quia sum pauper, &c. utique possem. Ita Aloys. Ricc. *in decis. p. 3. decis. 219. num. 3.* Ratio est, quia in priori casu stipendium fuit pro Missa, quod stipendium integrum debet dari ex Sacra Congregatione, in posteriore, non fuit pro Missa, sed pro alio titulo.

14. Tertia. Si Sacerdos, cui ego committo Missam celebrandam, sit expressè contentus modica parte, etiam infra infimum stipendium, meliorem parte mihi relicta in rigore possum modicam illam partem ei dare. Ita Aloys. Ricc. *ibid. fine.* Ratio est, quia sicuti potest mihi talis Sacerdos gratificari, dicendo pro mea commissiſſione Missam sine ullo stipendio, neque id prohibui, unquam Congregatio, quia id est mera liberalitas Sacerdotis: ita & potest mihi gratificari, condonando partem, quæ est adhuc partialis liberalitas.

Dixi (in rigore) nam sunt duo omnino scopuli timendi. Alter: ne Sacerdos ille metu, vel alio simili affectu ducatur ad id: quasi timeat, ne inveniat in posterum elemosynas pro Missis, nisi nunc condonet partem, jam enim tunc non esset ex liberalitate. Alter: ne tali modo in periculum incidas sordidæ negotiationis.

15. Denique quod hæcenus diximus, tum de prohibitione, tum de ejus exceptionibus, puto probabile esse, extendi etiam ad Parochos, seu ad Collectores Missarum, qui plura stipendia congregant, & deinde inter Sacerdotes stipendiarios distribuunt. Ratio est, quia quamvis hi non suscipiant onus dicendi Missas, unde videantur ex Suariorum de Sacrament. *disp. 86. sect. 3.* Hæc vero occasione: saltem pro labore colligendi & distribuendi posse sibi aliquid retinere, nihilominus quia adhuc hæc elemosyna datur pro Missis, debet, secundum hoc Decretum, integrè dari Missam celebranti, nisi addit, ut dictum est, aliqua ex dictis tribus exceptionibus.

Sed certè, quia Decretum hoc solum dirigitur ad Sacerdotes, ibi: *Prohibet Sacerdoti, ne parte elemosynæ retenta, &c.* non audeo condemnare ejusmodi Collectores, & Sacristas (etiamsi sint Sacerdotes, sed non ut talibus assignetur elemosyna, hoc est, ut ipsi Missas celebrent, sed ut celebrandas eas curent) si moderatam pro labore mercedem ex datis pro Missa suscipiant. Ratio est, quia cum prohibitio sit odiosa, est restringenda ad solum expressè prohibitos, prohibiti autem sunt solum Sacerdotes, quibus elemosyna datur pro Missis, quæ ab ipsis sint celebrandæ. Cæteri ergo servant id, ad quod obligantur iure naturæ.

Ad idem reducitur, si quis, cum sit procurator, ut centum v. g. Missas celebrentur, quæ Missæ in hac Urbe solent dici exempli gratia, pro ducentis Iuliis; si quis, inquam, per industriam suam mittat, seu eat ad aliam Urbem, ubi intra expostulatum tempus dicantur pro centum Iuliis: puto enim non esse improbabile posse talem procuratorem retinere sibi alios centum. Ratio est, quia sumi potest paritas à servo, qui per extraordinariam (nam ad ordinariam à servo, qui per extraordinarium ex ipso famulatu) per suum laborem emit res minoris, quam valeant communiter in foro: potest enim retinere, quod superest, utpote fructum suæ industriæ: pari ergo modo in casu nostro.

Illud tamen per diligentem in nostro casu notandum est, id non posse fieri, quando ex circumstantiis animadvertetur tantam elemosynam non voluisse solum ipsum Missarum numerum, sed voluisse benefacere loci Sacerdotibus, vel honorare Ecclesiam, vel quid simile, ut ex se patet.

§. VI. Super illud §. 1. num. 11. Præterea in Ecclesiis, &c.

Vbi præcipitur, ut Mobilia relicta pro Missis quamprimum investiantur in bonis immobilibus suis Eliseris.

Leet hoc Decretum primo aspectu videtur non indigere, involvit tamen difficultatem.

An decretum hoc loquatur de nondum acceptis

1. Dubitabis enim primò. An si cui Ecclesiæ quatur aliquod mobile, pro onere Missæ perpetuæ non dum Ecclesia acceptavit, obligentur Ecclesiæ res talem investituram, seu applicationem exquirere. Respondeo, non obligari, quia si nondum acceptavit, cum suum non sit de illo disponere potest. Illud autem ex regulis universalibus supponit, qui causam dat irrationabilem, ne acceptum, ne damnum, quod facit, peccare, & ad restitutionem neri.

Quodnam mobile investendum sit.

2. Dubitabis secundò, de quonam mobili investituram? Respondet, de omni, qualis est pecunia, aurum, suppellex, &c. quæ relicta sunt pro onere tuo Missarum. Ita Barbo. *de appellat. verborum, l. na, n. 5.*

3. Quod si Testator magnam summam pecuniæ Missis relinquat, nec explicet, an intendat talem pro perpetuis, an pro temporaneis, id est, similiter tempore dicendis. Puto intelligi regulariter de perpetuis, atque adeo prædictam summam debet curare in annuos redditus, nisi pro Annuitate huius Decreti. Ita Bonac. *de contract. disp. 13. quæ p. 7. n. 6. §. ex quo sequitur.* Ratio est, quia committitur non solet legari magna summa, nisi pro Annuitate perpetuis. Dico (communiter) nam si legatum fuerit à Principe, aut valde divite, cum hi solent magnam pecuniæ vim legare pro celebrandis multis Missis, pro his erit tunc pecunia distributa semper habendo præ oculis Testatoris mentes, quæ circumstantiis, verbis Testamenti, similibus est diligenter investiganda.

Quandam urget onus celebrandi Missas in hoc casu

4. Dubitabis tertio, quandam incipiat obligari celebrandi, statim ne post depositum pecuniæ, an post acceptationem Ecclesiæ, an post factam investituram. Respondeo post investituram. Sic March. *de rebus p. 2. cap. 15. n. 28. §. Quærit Quinto.* Ratio est, quia incipit stipendium, ergo tunc & onus. Quod si propter culpam alicuius, res differtur, is delinquit, & restituere erit obnoxius.

In quonam bono Immobili debet ejusmodi mobile investiri.

5. Dubitabis quarto. Et cujus conditionis esse debet bonum Immobile, & huic Decreto, per investituram in illud, satisfiat? Potest nimirum talis pecunia impendari. Primum in emendo aliquo prædio, domo, horto, paratio, molendino, vinea, vel simili.

Secundò, in emendo aliquo censu, seu annuo redditu perpetuo.

Tertio in extinguendo proprium censum, quo gravatur talis Ecclesia, quæ onus perpetuum Missarum suscepit.

Quarto, in solvendo residuum pretij alicuius prædicti quod eadem Ecclesia, non dato toto pretio, forte emendo.

Quinto, in redimendo aliquod prædictum, quod